

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

18. De Scholastico genere Oratorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

veterem cum iuniori confundunt: Germanum sacrarum literarum sensum, non adeo curant, sed multa per accommodationem dicunt.

Amant autem ferme rationes fruolas, que multum speciei, parum soliditatis habent, ut que ex Cabalistarum penitiore scrinio sunt petite, que cum dicantur, oraculis videantur simillima. Ad summum ut intrudant leuis aliquis doctrinæ choragium, mirabiles plerumque faciunt excursiones, & dissentanea queque copulant.

#### De curiosis.

#### C A P V T X V I I .

*Curiositas  
ridicula.  
Quar.  
hoc cap.  
l. h.*

**I**N vitorio quoq; genere sunt nimis curiosi, qui solent in questionibus parum fruatuosis plurimum temporis ttere. Quærent igitur an ligno interfectus fuerit Abel, & qua ligni specie, ex qua arbores fuerint excisa Moysi virginum miraculorum effectrix. Tum dicent hanc questionem antea agitatam ab Antonio Consule urbis Romæ, & Haccadon huic petitioni ita satisfecisse.

Quod me rogas de virga Mosis tibi notiam dare, dicam tibi quod de hoc scriptum reperi a Rabbi Simeone filio Iohai in investigatione secretorum dicitur. Virga illa qua Moses, & Aaron miraculose faciebant in terra Ægypti, & postea in deserto floruit, gemmæque edidit, ab ea arbore excisa est, quam Deus Moses ostendit in deserto, ut aquæ amarae dulces fierent. Et hæc arbor excisa fuit ab arbore vite, que in paradiſo sita era, Angelorum manibus. Quam quidem miserunt Adæ, cum ille misseret Seth ad paradisum filium suum, misericordiam Dei imploraturum de suo peccato. Dixeruntq; Angeli, Seth, ut plantaret hanc arborum. Que quam primum fructum faceret, misericordia Dei in eum descendenter, aperirenturque portæ cœli, que obserata sunt. Hanc autem arborum seu potius ramum accepit Seth, plantauitque in deserto, quam postea Moses inuenit, & ex ea virgam suam excidit.

*Vnum l. 8.  
43.* Hæc pretiosa fabula cum narratur aures implet admiratione, & obstupeſcunt qui audiunt, quod tantum & tam mirabilis historiæ arcana tamdiu latuerit. Idem plerumque forte examinabat genealogias Iudeorum, &

querent cur Panthes ab Hebrais Dominus noster fuerit nominatus, & verè ne Panthes atavus sanctissimæ Dei Matri fuerit. Tum de persona Christi, & Beata Virginis nimis multa expiscabuntur, & scire auebunt quas illa vestes & calicos habucrit, an secum in Bethlemitana peregrinatione bouem & asinum duixerit, aurumne in massa, an nummos aureos à Magis acceperit, que quidem, vel certè non dissimilia plerumque ab ijs qui historiam tractant, ex definita opera queri obiter, aut si inepte fuerint dicta, refelli possint. Tamen in concionibus nisi res admodum postulet, hac argumenta prolixè discutere curiositatis plurimum, parum certè fructus habet. Præterea si videtint auditores prurire terum curiosarum desiderio, afferent ex historia naturali quicquid erit abditum, & incredibile, agitabunt questiones Theologie & Philosophie, non tum ad doctrinam, quam ad pompam, vagabuntur per omnia terrarum imperia, & si qua minima data fuerit occasio, huius vel illius imperij Principes à primo ad ultimum percensentur. Tum ut arcana etiam dicant omnibus ignota. *Quinquaginta prudentia portas, & tri-Caball.,* ginta duo itinera sapientia additum Hebraica nominibus, cum magna ostentatione memoria numerabunt.

#### De scholastico genere oratorum.

#### C A P V T X V I I I .

**S**uccedunt deinde scholastici, quod verbum ne quis securus accipiat quam intellegam, non nihil distinguendum est. Primum igitur dicti scholastici viri multa in omni genere literaturæ, & politioris etiæ elegantiae, quod superius ostendisse me recordor, nunc autem nomine remansit penes eos qui Theologiam docent in differendi subtilitate positam, viros doctos, ingeniosos, acres, & omni honore dignos, quorum exquisitissima doctrina in decus, & utilitatem Ecclesiæ longè lateq; permanuit. Ex eorum schola prodeuerunt nonnulli concionatores, qui vel sub ipsa adhuc studiorum incude positi, vel certè calentibus etiam rùm altioris doctrinæ vigore ingenijs, rebus optimis parum prudenter vtuntur.

Afferunt enim ad aures plebeias reconditæ ex Theologia instrumento questiones, de

ffff 3 scien-

scientia Dei, de prædestinatione, de libero decreto, & cæteras huiusmodi quæstiones, de quibus late, quasi in ipsa schola disserunt. Nam & varietatem sententiarum tum veterum, tum iurorum explicant, confutant aliena, sua confirmant, exhibent etiam verba scholæ in aleno idiomate peregrina, & horrida, quæ omnia tam fastidii plena sunt, quam fructus vacua. Nam ut grauioris est concionatoris eleclæs ex Theologia quæstiones interpretari, nonnumquam magno sapientie, & eloquentie mansuetioris condimento: Ita profectò has confessari morosius, ubi neque res, neque auditores postulant, multum habet vanitatis.

Longe etiam deterius faciunt adolescentes, qui ex Philosophiae circulis recentes, si forte aliquid quod ad Philosophicam palestram attineat, inuenient, in hoc excurrent, & cum per antiperistasis dixerint Catholicorum ardorem inter hereticas prauitates augeri, tum explicabunt quid sit antiperistasis, & quid de ea veteres Philosophi fenserint, & cum agetur in Evangelio de signis in sole & luna, tum erunt siderum meteororum rationes fusius explicanda: hec enim leuius delibata, ubi & res ita postulare videtur, habent aliquid gratia, & doctrina, contra putidius inculcata, non modo non delectant aures auditorum, sed oratores produnt infantiam.

Nec minus ridiculi essent, qui ad ostentationem Rhetorice, notarent inter concionandum quod essent tropi, & figura Prophetarū, cerebroque dicenter, hoc esse metaphoram, illud Antonomasiam, istud vero streptolyton. Omnino cain si que occurruerit concionatori ex varijs scientijs, aut artibus obiter perstringenda, nunquam sunt more scholastici interpretis enucleanda curiosius.

#### De popularibus.

#### CAPUT XIX.

*Concio-  
natores  
populares.*

Coronidem his ideis imponat popularitas, præclaræ certè virtus dicendi, & major ad conciliandos animos, quam quisquam nutet, est sermonis quædam ad hominum sensus accommodata facilis, que rebus, & verbis, si non instructa curiosius, fluit tamen omnino beatius.

Cæcæ autem popularitatem, cum humili-

tate dictioñis confundas: humiliter siquidem loqui rudes possunt, populariter dicere, non nisi naui oratores dici possunt. Proficisci tamen hæc virtus à felicis ingenij fecunditate, & magna quadam industria cui continuus exercitatioñis labor quasi cumulus accelererit.

Populæ autem eiusmodi ferme sunt. Primum ingenio illustri, facili, copioso, ad omnes motus flexibili lautum habent scientie instrumentum, quod & si minimè (propter hoc genus dicendi populæ) videatur imperit, Tamen si quis proprius consideret, facile deprehenderet eos magnarum artium seminibus orationem, mentemque perspersam habere. Prudentes omnino sunt, & morum, studiorum, affectuum, consuetudinumq; humarum peritisimi, & acri vt plurimum patræ, quæ rerum imagines tanto seruer tenacius quanto exceperit felicissimus. Verum supra ceteros industria pollent mirabiliter, quæ & intimos hominum sensus, quos viderint, statim delibant, & ipsi quasi Protei, non quidem ad caliditatis flexus & illecebras, sed ad hominum salutem procurandam in omnes vertunt formas, *Omnia tene omnibus facti.* Idecirco in regendis hominum animis, quibus nihil est ferè morosius, omnium imbi videntur felicissimi. Dicunt argumentis, non tam speciosis, quam fructuosis, magnum habent rerum delectum, dispositionem aptam, & concinnam, dictioñem feliciter quedam profluvio aquabiliter fusam, non grandem & cothurnatam, sed neque humilem, aut strigosam, aut atritam, præremiantur aptè, narrant dilucidè, præstant acriter, mouent etiam potenter. In conformatioñe imaginum, & descriptionum sunt mirifici, quamquam nihil affectant puerilium, in similibus ingeniosi, in ethopejs & moratus orationibus regnant: Actione sunt non molles & curata, & polita ex schola, sed quæ multum libertatis, & sui iuris habeat. Vocem autem in tam varios flexus, & modulos concidunt, ut non una persona videatur, præcepit si quid moratum narrant. Tunc enim videntur soli scenam exhibere varijs colloqujs verborumque velitationibus distinctam, quæ fit sine fastidio, longe aliter quam cantores adiantur.

Et de Idea quidem satis: nunc si quis à me querat, quæ dicendi ratio perfectissima sit, cæ *Ideas.* esse arbitror, quæ à varijs seu iusta, carum quæ supra commemoratæ sunt virtutum maiorem temperiem habeat. At vero quia operosa res

*vnum*